MACCABÆUS

REX SCOTORUM

MACCABÆI LEGES ECCLESIASTICÆ

E sæcularibus suis depromptæ

(Mansi, *Concil.* t. XIX, ex Hectore Boetio, *Hist.* lib. xii, qui has refert ad annum 1050.)

Christo initiatum ad profanum judicem non vocato; A ocatum comparentemve non judicato. sed ad sacros ntistites remittito.

Decimam partem terræ nascentium pastoribus ecclesiarum libere conferto, Deumque semper votis t oblationibus consuetis adorato.

Qui pontificis auctoritatem annum totum exseratum contempserit, neque se interim reconciliarit, hostis reipublicæ habetor; qui vero duos annos in ea contumacia perseveravit, fortunis omnibus multator.

Si quis quempiam, cujus ipse sumptibus aut victu non alitur quotidiano, ad ecclesiam, seu ad publicum conventum, seu ad forum nundinasve comitatus ut assecla fuerit, capitis reus esto.

S. EDWARDUS III

REX ANGLORUM, CONFESSOR

(An. 1041-1066.)

Gr. Brit. — Crown. 1042 - 1066. (Edward the Confessor)

S. EDWARDI LEGES ECCLESIASTICÆ

E sæcularibus suis depromptæ (1)

(Apud Mansi, *Concil.* tom. XIX, col 713, ex Collectione Wilkins.)

TITULI LEGUM ECCLESIASTICARUM.

I. *De clericis et possessionibus eorum.*
II. *De temporibus et diebus pacis regis.*
III. *De justitia sanctæ ecclesiæ.*
IV. *De universis tenentibus de ecclesia.*
V. *De reis ad ecclesiam fugientibus.*
VI. *De fractione pacis ecclesiæ.*
VII. *De decimis ecclesiæ reddendis, de ovibus et porcellis.*
VIII. *De apibus, et aliis multis minutis decimis.*
IX. *De his qui ad judicium ferri vel aquæ judicati sunt per justitiam regis.*
X. *De denario sancti Petri, quod Anglice dicitur Romescot.*
XI. *Quid sit danegeldum, et qua occasione sit constitutum.* B
XII. *De multimoda pace regis*, etc. *Item de manbota archiepiscopi, episcopi*, etc.
XIII. *De thesauris in terra absconditis et inventis.*
XIV. *Quid sit regis officium, et de Carolo et Pippino fratre* [leg., *filio*] *ejus exemplum.*
XV. *De baronibus qui suas habent curias et consuetudines.*
XVI. *De sacha.*
XVII. *De soca.*
XVIII. *De thol.*
XIX. *De theam.*
XX. *De infangthefe.*
XXI. *De Judæis.*
XXII. *Decretum regis de usurariis.* C

(1) Pseudonymas has leges esse contendit Hickes Dissert. epistol., fol. 55, et nullas ab Edwardo rege leges fuisse conditas cuilibet constat; idcirco cum Angli per aliquot principum suorum post conquestum regna totis viribus adlaborasse dicuntur leges Edwardi Confessoris renovare, de legibus Anglo Saxonicorum et Danorum regum ab Edwardo mutatis et correctis intelligendum est. Huic collectioni legum post tempora Wilhelmi I quædam accesserunt; nam cum de Tanegeldo cap. 12 agitur, mentio fit Wilhelmi Rufi. Wilkins.

Digitized by Google